

EXPOSICIO FRATRIS NICOLAI TREVETH ANGLICI
ORDINIS PREDICATORUM SUPER BOECIO DE
CONSOLACIONE¹

Explanacionem librorum Boecii de consolacione philosophica aggressurus uotis quorundam fratrum satisfacere cupiens, qui me² censentes ex ordinis predicatorum professione² tam maioribus quam minoribus apostolico debito obligatum ad hoc propter non nulla que in eis uidebantur obscura deuota supplicacione compulerunt, historiam Theodorici regis Gothorum ex diuersis cronicis collectam censui prelibandam. Ipsa namque diligencius inspecta apparebunt quedam memoria et consideracione digna nec non intencioni nostre subseruicia, uidelicet quo tempore iste auctor illustris floruerit, qua occasione libros istos conscripserit, sub quo persecutore ac quibus meritis presenti solutus ergastulo eternitatis gloriam fuerit consecutus. Igitur, ut refert Freculphus Lixoniensis episcopus in quinto libro temporum^{1a} que a

a*PL 106, 1249D-1251A

¹ exposicio fratris nycolai treueth anglici ordinis predicatorum super boetio de, consolacione D exposicio super librum boecii de consolacione secundum fratrem nicholaum treueth anglicum de ordine predicatorum sacre sciencie professorem prologus R Incipit primus liber boecii de consolacione P prologus nicholai triuet in boecium de consolacione philosophie O (sed cf. praef. supra) Titulum om. JM /
² me censentes ex ordinis predicatorum professione JM me censentes fratrum praeditum professione P me censentes ex fratrum predicatorum professione Pe me ex professione ordinis predicatorum DR /

natiuitate Domini nostri Iesu Christi usque ad beati Gregorii eximii doctoris obitum digessit, Theodoricus postquam cum patre Theodomir e Pannonia egressus esset ad alias querendum sedes gentesque uicinas ad quas accesserat subiugasset, in Illirico resedit cum exercitu Ostrogothorum. Tenuit autem eo tempore imperium orientis Zeno, qui ceperat anno gracie 476. Hic itaque cognita Theodorici prosperitate missa ad eum legacione mandauit ut ad se uenire non dissimularet, memor eciam esset quantis honoribus sublimatus a Leone principe dum fere decem annis prius apud eum obses esset ad genitale solum et³ genitorum presenciam³ remissus fuisset. Theodoricus itaque nichil hesitans ad regiam festinus uenit urbem ubi ab imperatore benigne susceptus magnificeque sublimatus consul ordinarius effectus est; nec tantum hoc sed et equestrem statuam ab imperatore promeruit ante regiam collocari. Inter hec ergo Theodoricus sub Zenonis imperio federe sociatus⁴ dum ipse in urbe omnibus bonis frueretur gentemque⁵ suam in Illirico residentem non omnino idoneam aut refertam audiret, elegit pocius solito more gentis sue labore querere uictum quam ipse ociose frui regni Romani bonis et gentem suam mediocriter uictitare. Secum ergo deliberans ad principem ait: 'quamuis nichil desit nobis imperio uestro famulantibus,

³ et genitorum presenciam RPeD a genitoris presenciam J et genitorum patriciam P a genitoris presenciam M / ⁴ federe sociatus JM cf. Freculph. loc. cit. federatus sociatus R collocatus uel sociatus P collocatus uel federe sociatus Pe sociatus D / ⁵ -que RPM om. J /

tamen si dignum ducit pietas uestra, desiderium mei cordis libenter exaudiat.⁶ Cumque ei ut solebat facultas familiariter loquendi fuisset concessa, 'Hesperia,' inquit, 'plaga que dudum⁷ predecessorum uestrorum regimine gubernata est et urbs ista caput orbis et domina quare nunc sub regis Torcilingorum Rogorumque⁸ tyrannide fluctuat? Dirige me cum gente mea ut et hic expensarum pondere careas ibique si adiutus a Domino uicero fama uestre irradiet⁹ pietatis.¹⁰ Expedit namque ut ego qui sum seruus uester et filius, si uicero uobis dominantibus, regnum istud possideam quam ut iste¹¹ hostis tyrannico iugo senatum uestrum partemque regni captiuitatis seruicio premat.' Quo audito quamuis egre ferret imperator discessum eius nolens tamen eum contristari annuit quod poscebat magnis autem ditatum muneribus a se dimisit senatum populumque ei Romanum commendans. Theodoricus igitur urbe regis egressus ad suos reuertens cum omni gente Gothorum, qui¹² cum prebuerunt¹² consensum, Hesperiam tendit rectoque¹³ itinere per Firmos¹⁴ ascendit uicina Pannonie inque Veneciarum

 6 exaudiat RPD exaudiatis J exaudias MPe / 7 dudum RPMD dicunt (dñt) J / 8 torcilingorum rogorumque MD tartilingorum ragorumque R torquilingorum getharumque P teclingorum gothorumque Pe tortilingorum gothorum rogorumque J / 9 irradiet RP irradiat J / 10 pietatis RP pietati J / 11 iste RP ipse J / 12 qui cum prebuerunt R qui ei prebuerunt P qui ei prebuerunt Pe que cum prebuerunt J qui eum prebuerent M / 13 rectoque RP recto J / 14 per firmos JRMD procedens PPe per Smirnos Freculph. /

fines aggressus ad pontem Soncii nuncupatum castra metatus est.
 Cumque ibi ad reficienda corpora hominum¹⁵ entorumque aliquo
 tempore resedisset, Odoacer armatum contra eum duxit exercitum
 quem Theodoricus in campis Veronensibus magna strage deleuit.
 Itaque Odoacer in Rauenna fugiens ab exercitu Theodorici obsessus
 est ac obsidionis anno tercio ad dedicionem coactus. Theodoricus
 autem Odoacro¹⁵ interempto tota Italia potitus consultu imperatoris
 sue gentis uestitum deponens regium assumpsit amictum quasi iam
 utriusque gentis¹⁶ Gothorum scilicet et Romanorum regnator. Cum
 ergo omnia quiete possideret, gentem Francorum cupiens habere
 federatam filiam Ludowyci¹⁷ regis eorum sibi matrimonio copulauit.
 Mortuo autem Zenone suscepit imperium Anastasius anno gracie 493.¹⁸
 Huius temporibus Boecius uir consularis in Italia claruit, qui in
 defensionem catholice fidei non nulla opuscula edidit puta
 libellum de trinitate quem ad Symmachum patricium urbis socerum
 suum conscripsit. Ad Johannem uero ecclesie Romane diaconum
 scripsit libellos diuersos, scilicet de modo predicandi quo utimur
 in personarum trinitate. Item de processu bonarum creaturarum a
 Deo bono quem de ebdomadibus¹⁹ intitulauit. Item ad eundem de fide
 Christiana. Item de duabus naturis in una persona Christi, ubi
 utriusque Nestorii scilicet et Euticetis²⁰ elegantissime confudit

 15 Odoacro] odone acre RPPe odone acro JMD(?) / 16 gentis RP om. J /
 17 Ludowyci M Ludoui R Clodouei P dodouei Pe Lodowyci J ludowici
 (?) D / 18 493 RPPeM(?)D 483 J / 19 ebdomadibus RP ebdomatibus J /
 20 euticetis R euticecis P euthicis J /

errorem. Hunc eciam Boecium Theodoricus rex in quadam epistula ad ipsum directa, que in libro diuersarum formularum Cassiodori inuenitur, ²¹ tali commendacione extollit: 'Te,' inquit, 'multa erudicione saginatum ita esse didicimus ut artes quas exercent uulgariter nescientes in ipso fonte disciplinarum notaueris. Sic enim Atheniensium scolas longe positus introisti. Sic palliatorum choris miscuisti togam, quod Grecorum dogma doctrinam fecisti Romanam. Didicisti enim qua profunditate cum suis partibus speculatiua cogitetur, qua ratione actiua cum sua diuisione discatur, deducens ad Romuleos senatores quicquid Cecropide mundo fecerant singulare. Translacionibus enim tuis Pictagoras musicus Ptholomeus ²¹ astronomicus leguntur Itali, ²² Nicomachus arithmeticus geometricus Euclides audiuntur Ausonii, Plato theologus Aristoteles logicus Quirinali uoce disceptant. Mechanicum eciam Archimenidem Latinum Siculis reddidisti. Et quascumque ²³ disciplinas uel artes fecunda Grecia per singulos uiros edidit te nunc auctore proprio ²⁴ sermone Roma suscepit. Quos tanta uerborum luculencia reddidisti claros, tant^a lingue proprietate conspicuos, ut potuissent et illi opus tuum ²⁵ preferre si utrumque ²⁶ didicissent. Non multo tamen post eundem Boecium, quia tyrannidi sue restitit, in exilium relegauit atque, ut testatur Aluredes rex Anglorum qui libros de Consolacione ²⁷ de Latino in Anglicum transtulit, Papie in carcerem ²⁸

^a Var. II, xlv

6. Cf. c. 1. Nac Papiam nec ullum exilii locum memorat.

21 ptholomeus RP petolone¹⁹ (sic) J / 22 leguntur Ytali R leguntur ab Ytalis P legunt Ytali J / 23 quascumque RP quasque J /

24 RP principe (?) J / 25 tuum RP suum J / 26 utrumque RP uterque J / 27 de consolacione RP consolacionum J / 28 carcerem P carcere R cascerem J /

detrudit. Quo tempore ad releuamen spiritus sui et aliorum, ne nimio merore deicerentur, predictos libros composuit ratione luculenta demonstrans nec fortunam aduersam esse timendam nec prosperam diligendam. Defuncto Anastasio imperauit Justinus anno gracie 519. Qui, ut dicit frater Martinus in cronica sua,² imperator Christianissimus statuit, ut ubicumque erant ecclesie hereticorum Catholica religione consecrarentur. Quod dum in Italia Theodoricus rex Arriana pollutus heresi audisset, Johannem Papam et alios uiros consulares in Constantinopolim²⁹ dirigens comminatus est, quod, nisi Justinus Arrianis ecclesias restitueret, omnis Christianos per Italiam gladio trucidaret. Qui a Justino honorifice suscepti.³⁰ Ad preces Pape et nunciorum compaciens neci Christianorum de ecclesiis Arrianorum supersedit. Dum uero hii in itinere demorarentur,³¹ Theodoricus iniquitatis rabie stimulatus³² Boecium senatorem, quem prius exilio relegauerat, in territoria Mediolanensi iugulari fecit; cuius exuie³³ iacent Papie in ecclesia monachorum. Johannem uere papam cum hiis cum quibus profectus fuerat, postquam redierant in Rauennam ad ipsum, carerali angustia peremit. Symmachum eciam patricium, ut refert Freculphus Lixioniensis,¹⁶ nullis extantibus causis dum Rauenne trucidari fecisset, ira percussus diuina et ipse ibidem anno sequenti subitanea morte periit anno tricensimo regni sui. De

6 P.L. 106, 1251 D

29 constantinopolim RP -poli J / 30 suscepti RP supcepti J /

31 demorarentur RP demorerentur J / 32 stimulatus RP sceleratus J /

33 exuie RP exiuie J /

1
cuius morte beatus refert Gregorius libro quarto³⁴ Dialogorum,²
quod hora defunccionis sue quidam heremite in insula Lipparis
apparuit discinctus et discalciatus uinctis manibus inter
Johannem papam et Symmachum patricium deductus a quibus in uicinam
Milcam insulam iactatus est. Hec igitur de Theodorico rege ad
intellectum sequencium dicta sufficiant.

C o n s o l a c i o n e s t u e l e t i f i c a u e r u n t
a n i m a m m e a m (Psalmo 93)³⁵ Inter letari et letificari
hoc interesse uidetur, quia letari dicimus quemcumque in actum
leticie prorumpentem quamuis in illo nullus precesserit motus
tristicie. Letificari autem non dicitur nisi qui prius pondere
tristicie molestatus consolacione aliqua releuante in leticie
habitu pertransiuit. Sic autem, ^{erat 35} de Boecio, qui ut uerbis eius
in prohemio libelli de disciplina scolarium utar, inhumani
regis Gothorum cruciatu corrosus philosophico preueniente
consolatu letificatus³⁶ est, unde ad philosophiam dirigendo
sermonem conuenientem uti potuit uerbis preassumptis dicens
C o n s o l a c i o n e s t u e etc. In quibus uerbis
quatuor cause huius operis, que in principiis librorum inquiri
solent et ³⁷ plenius exprimuntur. Causa enim materialis tangitur
in hoc quod dicit c o n s o l a c i o n e s. Tractat enim in
opere isto de consolacione miseri qui propter amissionem
temporalium deicitur in merorem putando per hoc quod non equa
meritis premia reddantur. Contrarium cuius manifestat Boecius

2
ca p. 275. (11.4-5)
LXXI (Morice)
6. Cf. Freculph. loc. cit.

** v. 19

[Cologne, Heinrich Quen-

fell. 1493], Allivato

34 quarto RP decimo J /

35 erat O om. RP /

36 letificatus RP letatus J /

37 et RP om. O /

ostendendo secundum iudicium diuinum infallibile uera premia bonis malisque penas debitas reseruari, quod quicumque persecucionem paciens cum ad memoriam reduxerit consolari poterit et dicere illud Psalmi 118:³⁸ m e m o r f u i i u d i c i o r u m t u o r u m a s e c u l o, d o m i n e, e t c o n s o l a t u s s u m. Causa autem formalis tangitur cum dicit t u e. Forma³⁹ enim procedendi est sermo disputatiuus³⁹ ad quem secunda persona requiritur, que in pronomine isto exprimitur. Ad hanc autem personam representandam introducitur⁴⁰ Philosophia que dampna Boecii reputauit sua per compassionem, cuius eciam sentencie cesserunt Boecio⁴¹ ad consolacionem. Et ideo Philosophie potuit dicere Boecius illud quod saluator dixit ad Patrem (Jo. 17):⁴² e t m e a o m n i a t u a s u n t e t t u a m e a s u n t. Causa finalis tangitur cum dicit l e t i f i c a u e r u n t. Intencio enim auctoris est perducere animam hominis ad illam leticiam que ex eterna beatitudine adepta in spe uel in re causatur. Talis autem beatitudo in contemplacione uultus diuini consistit, de cuius contemplacionis gaudio Psalmista securus: l e t i f i c a b i s⁴² m e i n g a u d i o c u m u u l t u t u o. Causa autem efficiens tangitur cum dicit a n i m a m

a v. 52

b v. 10

38] 118] centesimi decenni octauo J / 39] forma enim procedendi est sermo disputatiuus J forma enim secundum modum procedendi est disputatiuus R forma enim procedendi est disputatiua PPe (sic exc. autem) M forma enim secundum modum procedendi est disputatiua D forma enim procedendi est disputatiuus O / 40] introducitur RP

40] introducitur

om. J /

41] boecio cesserunt O /

42] letificabis RP letifabis J /

m e a m. Omnis enim effectus cuius principium est operatio intellectualis attribuitur proprie anime tamquam cause efficienti. Talis effectus est liber iste cuius principium efficiens fuit anima Boecii in quantum diuina sapientia illustrata extitit per quam sibi et aliis utiliter luxit in doctrina. Unde de anima sua dicere potuit istud Ecclesiastici 51.⁴² I n s a p i e n c i a i l l i u s l u x i t a n i m a m e a. Istarum autem causarum tres exprimuntur in titulo libri qui talis⁴³ est ANICII MANLII SEVERINI BOECII EXCONSULIS ORDINARII PATRICII DE CONSOLACIONE PHILOSOPHIE LIBER PRIMUS INCIPIIT. Causa quidem efficiens hiis septem nominibus designatur, quorum primum est prenomen scilicet⁴⁴ ANICIUS quod interpretatur inuictus ab a quod est sine et uicos quod est uictoria, quasi sine uictoria passiuè quia uiciis uinci non potuit. Secundum est cognomen tractum a cognacione. Fuit enim Boecius de cognacione⁴⁵ et familia Manlii Torquati, a quo omnes istius familie cognominati sunt Manlii. Iste enim fuit Lucius Manlius qui cognomen Torquati accepit eo quod Tito Quincio dictatore contra Gallos misso quendam Gallum ad singulare certamen prouocantem progressus occidit et torquem auream ei auferens collo suo imposuit. Tercium uocabulum agnomen est scilicet Seuerinus.⁴⁶ Dicebatur enim a seueritate⁴⁷

2 Cf. v. 26

43 talis RP titulus J / 44 prenomen scilicet RMDO om. PPe

proprium nomen scilicet J /

45 illius O /

46 seuerinus RP serinus J /

47 enim om. C /

iudiciaria que flecti non potuit ad iniusticiam. Unde dicit
 infra prosa quarta (40 ff.) NUMQUAM ME AB IURE AD INIURIAM
 QUISQUAM DETRAXIT. Unde et pro ista seueritate interfectus
 est, ut ex precedentibus patet, et ideo forte sub isto nomine
 in cathalogo sanctorum connumeratur.⁴⁸ Dicitur enim Sanctus
 Seuerinus,⁴⁹ ut quidam dicunt.⁴⁹ Quartum uocabulum⁵⁰ est
 proprium nomen sibi impositum scilicet Boecius quod dicitur a
 boetes Grece quod est adiutor Latine. Bene autem hoc nomen⁵¹
 ei congruebat. Sicut enim ex hiis que in predicta prosa
 narrantur, ipse libenter illos adiuuit quos nouerat auxilio
 indigere. Et nota quod obseruando ordinem prius debet⁵² poni
 nomen quam agnomen, cuius contrarium est factum hic, ut tria
 sequencia uocabula dignitatem exprimencia immediacius nomini
 loco agnominis iungerentur. Circa que aduertendum est quod
 Boecius dictus est exconsul quia tempore quo librum istud^m
 edidit extra officium consulatus fuit; et, ut uis nominis melius
 intelligatur, sciendum quod consul dictus est qui magistratum
 gessit in urbe a consulendo dictus, quia utilitati rei publice
 consulere debebat. Proconsul dicebatur qui eundem magistratum
 gessit in prouincia quem consul in urbe. Exconsul dicebatur⁵³

 48 connumeratur RO nominatur uel cognominatur P connumeratus J /

49 ut quidam dicunt RP ut dicunt quidam J ut dicit quidam O /

50 uocabulum RD om. P uocatum J / 51 nomen RP nomen J unde O /

52 debet O /

53 exconsul uero O /

qui extra consulatum factus erat. Quia enim consularis dignitas annua erat, fiebant qui magistratum gerebant extra consulatum non pro demerito sed ex statuto. Unde ad designandum dignitatem talium, qui, licet⁵⁴ officium consulis non haberent, digni tamen officio erant, exconsules dicti sunt. Dictus est etiam Boecius ordinarius uel quia dignitatem consularem quam habuit non ex delegacione principis sed per ordinariam electionem populi assequutus est uel quia erat de nobilibus Romanis, qui ideo dicebantur ordinarii quod secundum determinatum ordinem assidebant imperatori, puta iste primus iste secundus iste tercius etc. Patricius autem dicebatur proprie quem imperator sibi elegerit in patrem id est in consiliarum et quia talem decebat esse nobilem et sapientem. Ideo nobiles et sapientes in ciuitate, qui suo patrocinio rem publicam gubernabant, patricii appellati sunt, de quorum numero Boecius erat. Et sic patet ista pars tituli per quam designatur causa efficiens. 55
 Causa materialis designatur cum dicit DE CONSOLACIONE PHILOSOPHIE, causa formalis cum dicit LIBER PRIMUS INCIPIIT.⁵⁶ Dicitur autem primus quia sequitur secundus in quo ordinem partium designat qui ad causam formalem noscitur pertinere. Scribit⁵⁷ autem

54 qui licet RP quodlibet (?) J /

55 pro philosophia O /

56 incipit ORP inceptit J /

57 scribit J /

Boecius hunc librum metricè et prosaice mixtum quia hic modus scribendi magis competit sue intencioni et sue materie. Sicut enim pocio curatiua delectabilius hauritur si dulcedine mellis aut zucare fuerit affecta, sic et rationes consolantes et confortantes animum auidius suscipiuntur que dulcore carminis sunt resperse. Imitatus autem est in hoc genere scribendi Marcianum Mineum Felicem Capellam de Nupciis Mercurii et Philologie, qui primus tali modo scribendi usus ⁵⁸ inuenitur. Incipit autem librum pocius a carmine quam a prosa tum quia modus antiquior scribendi est metricus quam prosaicus, ut patet per Isidorum ^{Ethymologiarum 59} libro primo, capitulo 25, tum quia incipit a planctu quo intendit animum audientis mouere ad compassionem. Musica autem, cuius proprietas in metro et non in prosa obseruatur, est maxime motiua affectus, ut patet per Boecium ⁶⁰ istum in prologo Musice.

[I m 1]

CARMINA QUI QUONDAM etc.¹ Volens ergo Boecius agere de consolacione philosophica primo inducit personam tam consolacione indigentem quam personam ² consolacionem afferentem. Secundo

* Cf. Friedlein p. 179; 179; 186

* Cf. pocius I xxxviii.

58 usus ORP uersus J / 59 ethymologiarum O om. RP / 60 istum ORPe illum M istius Jom?

1 carmina qui quondam OR carmina etc. P carmina J / 2 personam om. O /